

Monasterio sancte Dei genitricis Mariæ, quod situm est in Acutiano, in Pretoriolo Foculares undecim, Casas, Vineas, Terras, Cultum, uel Incultum portionem nostram in integrum. In Arretiano, Foculares quattuor, Casas, Vineas, Terras, Cultum, uel Incultum, quantum ibidem habemus in integrum. In Figlinulæ, Casas, Vineas, Terras, Cultum, uel Incultum, quantum in eodem loco habemus, portionem nostram in integrum. In Corneliano, Uncias tres, Casas, vineas, Terras, Cultum, uel Incultum portionem meam in integrum. In Tariano, Foculares duos, qui reguntur per Audulum, et Lungulum. In Secundiliano casam unam, et Casalem medium, cultum, uel Incultum, quantum ibidem habemus in integrum, tradidimus. Ita ergo, ut ab hac die firma, et stabilis sit nostra donatio in ipso sancto Monasterio, et a nullo homine exinde aliquid subtrahatur, sed in perpetuis temporibus stabilis debeat permanere. Unde pro firmitate ipsius uenerabilis Loci Sudipertum Notarium scribendum postulauimus, et testibus a Nobis rogatis optulimus, qui super signum sancte Crucis fecerunt. Actum in Reate Mense, et Indictione suprascripta. Signum † manu Duinelapi Sculdhoris donatoris. Signum † manu Stephanie Coniugis eius donatricis. Signum † manu Citheonis Sculdhoris testis. Signum † manu Teudemundi testis. Signum † manu Radciperti Actionarii testis. Signum † manu Leoniani testis. Signum † manu Andreatis testis. Signum † manu Magnonis testis. Signum † manu Rimonis Actionarii testis. Signum † manu Alahisi testis. Signum † manu Radualdi Actionarii testis. Signum † manu Sodefridi testis. Signum † manu Audualdi testis. Signum † manu Iaconis testis.

XLIV.

IN Nomine Domini Dei Saluatoris nostri Jesu Christi. Temporibus Domni Albuini Ducis Senti Langobardorum, seu et Viri magnifici Hizzonis Fastaldii Ciuitatis reatine Mense Maji per Indictionem x. Ideo constat me Felicem Colonum Monasterii sancte Dei genitricis semperque Virginis Mariæ pro mercede, et absolutione anime mee donasse, atque concessisse in ipso sancto Monasterio portionem meam in integrum in fundo Longite, Casas, Vineas, Terras, Siluas, Oliueta, Cultum, uel Incultum, et quicquid habere uisus sum. In ea uero ratione, ut diebus uite mee ipsam portiunculam meam in meo sit potestate, cultandi laborandi, meliorandi. Post meum uero discessum ipsa portiuncula mea in suprascriptum Monasterium sancte Mariæ, uel ad potestatem Domni Abbatis Fulcoaldi, seu cuncte Congregationis ipsius Monasterii reuertatur, tam ipsam portiunculam meam, quam et Colonam meam nomine Ciottulam, cum Filio suo Teoderico, et Filia sua Formosula, et aliam Ancillam meam, que mihi ad manus seruire debet, nomine Ansulam, et medietatem de Puro meo Maurontone, uel quicquid habere uisus fuero, uel mouens deuelinguo. Ita sane, ut ab hac die firma, et stabilis permaneat nostra donatio, et qui contra hanc Cartulam donationis nostre ire temptauerit, in iram Dei incurvat, et cum Iuda traditore habeat portionem, et insuper componat auri solidos centum, et quod repetit uendicare non ualeat. Signum † manu ipsius Felicis donatoris, qui hanc Cartulam fieri rogauit. Signum † manu Helii, seu Colonis germani eius. Signum † manu Audualdi. Signum † manu Audulfi testis. Signum † manu Lupoli testis. Signum † manu Rodiperti Nepotis eius testis. Ego Palambus, et si indignus Monachus rogatus a Felice Colono scripsi. Actum in Monasterio suprascripto.